UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXXII. de novi operis nunciatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

Excedunt & Prælati inferiores, ſin-bus, non ad ſe, ſed ad Superiorem pertinentibus ingerentes: veluti ſi Præ-tus, non Epiſcopus, ſine hujus aſſ velit unire Eccleſias; aut ſi qui ea quæ jure communi ad Epiſcopalem ſpectant dignitatem, & jurisdictionem, qua quam ſibi vindicent, veluti publicas pœnitentias injungendo, vel indulgentias concedendo. Item ſi, qui poteſtatem

c.12. eod. c. 5. & 6. eod. habent beneficii conferendi, illud vel ſibi retinere velint, vel conferant indigno, & rurſus, ejusmodi collatione non

c.11. in fine eod. improbata, conferant alteri: ob hanc eorum inconſtantiam pro ea vice privandi facultate conferendi.

De novi operis nunciatione

TIT. XXXII.

Peccat etiam ſubinde Prælatus ædificando, veluti ædificandis Eccleſiis, aut aliis piis locis, ſi inde grave aliquod damnum acceptura ſit Eccleſia matrix, cui præeſt.

1. *Quid eſt annunciare novum opus, vel nunciatio novi operis? Et quid opus novum facere?*

Nun-

NUnciare novum opus eſt denunciare & inhibere vicino, ne ædiſicet. Nunciare enim hic nihil aliud ſignificet quam prohibere. Opus vero novum facere videtur, qui ædificando vel detrahendo aliquid, priſtinam operis faciem mutat. *l. 1. §. opus* Nunciatio igitur novi operis eſt prohibitio ædificandi, in publico vel privato, *D. eod.* legitime facta, ad hoc, ut deſiſtat ab opere, ſaltem tantiſper, donec jus ædificandi fuerit diſcuſſum, an jure, an injuria ædificet.

2. *Quid ſi ædificans nunciatione neglecta non deſiſtat ab opere?*

Tunc cogitur, quidquid poſt nunciationem conſtruxerit, ſuis ſumptibus demoliri, licet poſtea deprehendatur, eum *c. 1. & 2. h. t.* jure ædificaſſe; quia auctoritati judicis non obtemperavit.

3. *Quid ſi e diverſo per ejusmodi nunciationem opus aliquod temere diutius differatur?*

Eo caſu opus novum nuncians intra tres menſes probare debet, opus inchoatum injuria conſtrui. Eſtque in optione *d. c. 1. &* nunciantis, an de præjudicio ſuo intra *ul h. t. &* tres menſes doceat, & interim deſiſtatur *l. un. C.* ab opere, an vero pergat in ædifican- *eod. c. pen.*

 do, *& ult. eod.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

do, recepta cautione de opere ſuis ſumptibus demoliendo, ſi injuſte ædificium pronunciabitur.

De Privilegiis & Exceſſibus privilegiatorum.

TIT. XXXIII.

Poſtremo tam Prælati, quam ſubditi ſive Clerici ſive Religioſi, etiam non Clerici, non raro excedunt & delinquunt committunt in ſuis privilegiis.

1. *Quid eſt Privilegium?*

c. 31. h. t. PRivilegium eſt jus ſingulare a Superiore contra jus commune uni vel pluribus conceſſum. Singulare, inquam; quia, cum detur contra jus commune, neque ultra perſonas, neque ultra res privilegio expreſſas per interpretationem eſt

c. 2. & c. 17. in fine eod. Decius in c. Sicut Romana in pr. ſup. de reſcr. extendendum. Jure Canonico Privilegia dici ſolent quælibet indulta, exemptiones, libertates, & gratiæ ſeu indulgentiæ contra jus concedi ſolitæ.

2. *Quotuplex eſt Privilegium?*

Primo, Privilegium aliud eſt *Perſonale*, quod proximam conceſſionis cauſam a perſonis habet, quarum merita, conditio vel qualitas dant locum privilegio: aliud